



Syriac. res ad salutandum Festum. Syriacus, Ut postularent pacem, id est, ut darent salutarionem pacis, nam iste Agrippa obtinuit regnum a Caesare, & quia Festus missus erat a Caesare, ut locum illius teneret in Judaea praesidens, de novo adveniens, cum forore sua ad eum salutandum venit Rex Agrippa, de quibus q. sequenti, 35. Vers. 14. & 15. Et post plures dies narrat Festus Regi, quomodo a suo antecessore Felice ei fuerit relictus quidam vir vincetus qui in Jerusalem fortiter postulatur ad mortem. 36. Vers. 16. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem; Syriac. Ad mortem; nisi prius accusatores crimina proferant, & reus audiatur; & hoc est de jure naturae, de quo q. 7. 37. Vers. 17. 18. Cum ergo convenissent omnes, & sedens ego pro tribunali meo, aliterunt accusatores, & nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar. Syriac. Culpam flagitiosam ad versus eum. Arabic. Ex iis, quibus criminabatur, ita ut nullum timen suspicari possem.

QUAESTIO VI.

Quisnam esset Rex Agrippa, & Bernice

38. Hic Agrippa non fuit ille senior, qui ab Angelo percussus interit cap. 12. n. 23, sed ejus filius, & frater Drusilla, & ut aliqui volunt Bernice, de quo statim, & cum iste Agrippa puer esset Roma, mortuo patre a Claudio Imperatore creatus rex Chalcidis, deinde Tetrarcha Philippi, & Traconitis ei adjecta, & Judaea erat sub praesidibus Romanis, & ideo ipse venit ad salutandum novum Praesidem Romanum Festum. 39. Agrippa nomen est Romanum & non Hebraicum sic dictum ab aegro partu, vel ab aegritudine, qui ut testatur Gellius lib. 6. cap. 16. nascendo, non caput sed pedes primi extiterunt, & suus partus est difficillimus; vel sic dictus in gratiam M. Agrippae, qui fuit gener Augusti Caesaris. 40. Bernice; multa fuerunt hoc nomine dictae; ista de qua est sermo in praesenti, fuit filia Herodis Acalonitae, & Herodis junioris non solum soror, sed etiam concubina extitit, de quo Joseph. lib. 20. Antiquit. cap. 5. Unde a D. Chryso. uxor ejus appellatur, quod etiam habet lectio Arabica; & se intime diligebat, ut semper se mutuo adhererent, & minime separarentur. Addit Tacit. lib. 1. Histor. quod Vespasianus eam cum filio suo Tito nupsit; de his duobus multa plura referunt Lyranus, & Cornelius.

QUAESTIO VII.

Quare Festus ait, quod non sit consuetudo Romanis aliquem in auditum condemnare, cum hoc sit de jure gentium.

41. At praesidens Festus, tamquam quid valde peculiarare vers. 16. Non est Romanis consuetudo aliquem in auditum condemnare; cum illud sit de jure gentium, & ma ori ex parte multae nationes habebant in usu & maxime hoc vigeat apud Judaeos lege Divina illuminatos; ut dixit nicodemus in quodam Concilio, Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audiatur, & cognoverit, quid faciat. Joan. 7. n. 51. 42. Respondeo, verum esse non judicare, ac con-

demnare, nisi audita parte, erat legis ordinatio apud Romanos, Judaeos, & alios; ac hoc discrimine apud Romanos, observata lege, prout ipsa disponebat, res verè, & sincerè detentabatur; apud Judaeos, & alios, non rigor legis, sed affectio ac malevolentia dominabatur in sententia proferrèndà.

Et ubi lex violatur, idem est, ac si nulla ibi esset lex dicitur Thren. 2. n. 9. Non est lex, & Propheta non in venerunt visionem, quomodo dicitur, quod in Jerusalem non est lex, cum ibi maxime vigeret lex Divina. rabbanus, Theodoret. Vatabl. non erat lex Divina observata, sed neglecta, & ubi lex Divina violatur, idem est, ac si ibi nulla esset lex.

Et ferè in eodem sensu Ezech. 7. n. 26. Lex praeibit a sacerdote, & consilium a senioribus, Ecce juxta D. Gregor. extrema Reipubl. miseria; quod vera, & germana intelligentia legis praeviaritur a Sacerdote, contra veritatem detorquetur ad falsos sensus, ut inde arripiat artem licentiosius vivendi, ac agendi, Disponebat lex, ut Pontifex in pectore quadratum rationale iudicii, in quo erat scriptum Doctrina, & Veritas, Exod. 28. n. 30. Quia Sacerdotes, cum sustinent officium iudicis ejus doctrina sit in pura, & sincerà veritate, cum vita quadrata, & perfecta Arnald. tract. de septem Verbis quae ad Divinam iudicis regulam quadrare debent, quae cumque vel doceat, vel agat, vel statuatur, vel corrigat, scilicet ad veritatis doctrinam.

Cum Moyses esset in monte loquens cum Deo prolapsus est populus in idololatriam adorans vitulum, & cum appropinquasset, & vidisset Moyses, iratus valde projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, Exod. 32. n. 20. Tabulae illae cum essent scriptae digito Dei in summo cultu erant habendae, cum id illustrissimum habens quod essent scriptae manu, ac digito Dei; tamen fregit illas, cum vidisset populum legis Dei contemptorem, & merito iudicavit frustraneam esse illi legem, nam qui illam spernit, sic vivit, ut nulli subiciatur, & nulla est illi talis mandatorum observantia D. Ambros. lib. de Elia, & jejunio, ait, Quod spectaculo motus Moyses fregit tabulas, in aequum iudicans, ut eorum populo lex daretur.

Act. 25. n. 19. Quaestiones vero quasdam de sua superstitione habebant adversus eum de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

Versions.

QUARTA EXPOSITIO

usque ad Vers. 22.

Vers. 19. Quaestiones vero quasdam circa ipsorum Judaeorum religionem, & verè eam appellat superstitionem, superstitio est vana, & ficta religio, nam per legem Christi, Judaeorum religio evanuit, & reddita est ficta, & tota mendax sine ulla veritate, De quodam Iesu defuncto, & loquitur per contemptum.

Vers. 20. Hestians autem ego, Mentitur Festus, nam per se non hestitabat, sed positive volebat mittere Paulum in Jerusalem, ut ibi condemnaretur ad mortem, sed ita loquitur, ut coloraret suum peccatum; ut notat Chryso.

Deinde testis sibi ipsi contradicit, nam superiori Vers. 5. religionem Judaeorum appellavit superstitionem, id est, vanam, & fictam, & quia Paulus

lus eam talem praedicabat, ideo accusatur, incarceration, Si tu o praesidens Festus agnoscis verum esse, quod Paulus praedicat, cur contra omne jus, eum retines in carcere.

49. Vers. 21. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, Nempè Neronis. Omnes Imperatores Romani vocati sunt Caesares a Julio Caesare primo Imperatore; ita etiam vocabantur Augusti ab Augusto Caesare, eo quod multum auxit Imperium, & etiam, quia Augustus quid venerationis significat, & instar numinis colendum.

50. Vers. 22. Agrippa autem dixit ad Festum. Agrippa Judaeus erat, & multa magna audierat de Paulo, & ex his, quae recitavit Festus, maxime ex curiositate excitatum est illi desiderium videndi, & audiend Paulum.

QUAESTIO VIII.

Quare Festus tractans de Christo Domino ait, quod Paulus loquebatur de quodam Iesu defuncto.

51. At Festus, quod accepisset verba Pauli, De Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus tamquam per contemptum, & quasi quid ignotum, & quod ipse ignorabat, de quodam Iesu defuncto, dicebat, cum sanctissimum nomen Jesu, tot, & tantis mirabilibus, quae ipse est operatus, ac ejus sanctissimo nomine operabantur Apostoli, totum impleret Orbem, & tamen dicit, de quodam Iesu defuncto, tamquam per contemptum, ac quod ignotum.

Recte respondet D. Chryso. homil. 51. in Acta. Festus (sic loquitur) merito de quodam Iesu dicit, ut pote principatum gerens, eaque non curans, quae sunt, erant ad salutem, ignotum magnatum vitium, quod solum cogitant de pompulo eorum statu, ac de vanitate saeculi, de his verò, quae ad eorum salutem spectant, nihil cogitant; tamquam post tergum mittunt, nec seire nomen, nec in ejus schola verari desiderant, totumque negotium animae prohibentur erat; Festus ut praesens, ac principatum gerens de illis non cogitabat, sed in oblivionem habebat, ut pote principatum gerens, eaque non curans.

52. Cum adduceretur meus Iesus ad Caipham Pontificem, Qui interrogavit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ejus, Joan. 18. n. 18. Doctrina Christi valde publica, & notoria erat, unde Christus Iesus ait, Ego in occulto nihil loquutus sum, interrogatus eos, qui audierunt, Sic & discipuli Christi valde cogniti & noti; unde frequenter Judaei de illis faciebant quaestiones. Quare discipuli tui non levant manus? Matth. 15. n. 22. Quare discipuli tui non levant manus? Matth. 9. n. 14. Cum Christi discipuli colligerent spicas in Sabbato, accusant Pharisei dicentes Christo; Quare discipuli tui faciunt ea, quae non licet facere in Sabbato? Matth. 12. n. 2. si tam noti, ac cogniti erant; Cur Pontifex de eis interrogat, ac si de eis nullam penitus haberet notitiam, sicut & de Christi doctrina, unde illi tanta ignavia; erat Caipha magnus Princeps, ut pote summus Pontifex Christi doctrinam tenere, ejus discipulos agnosceret, omnino ab animo exciderat & nihil de spirituali emolumento cogitabat; sed totus erat ad captandos vanitatis ventos.

53. Scribit D. Lucas de Herode cap. 23. n. 8. Erat cupiens ex multo tempore videre Iesum; eo quod audierat de eo multa, si tanto desiderio videndi Christus eam talem praedicabat, ideo accusatur, incarceration, Si tu o praesidens Festus agnoscis verum esse, quod Paulus praedicat, cur contra omne jus, eum retines in carcere. Vers. 21. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, Nempè Neronis. Omnes Imperatores Romani vocati sunt Caesares a Julio Caesare primo Imperatore; ita etiam vocabantur Augusti ab Augusto Caesare, eo quod multum auxit Imperium, & etiam, quia Augustus quid venerationis significat, & instar numinis colendum. Vers. 22. Agrippa autem dixit ad Festum. Agrippa Judaeus erat, & multa magna audierat de Paulo, & ex his, quae recitavit Festus, maxime ex curiositate excitatum est illi desiderium videndi, & audiend Paulum. 54. I. n. 23.

stum tenebatur; cur per Legatos non vocat eum ad se maxime, cum frequenter verfaretur Christus in Galilea? vel cur non quaerit, vel advent ad ipsum Divinum Magistrum, sicut modo venit in Jerusalem ad celebranda Paschalia festa, velut ad civitatem regiam ad plura sua negotia; in hoc Principum conditionem gerebat Herodes, qui totis mundialibus implicari, de caelestibus nullo modo dedignantur agere. Hac advoco id, quod dicit D. Chryso. homil. 49. in Matth. Huiusmodi certe sunt, qui vivunt in principatu, quoniam facta rerum plurimarum sibi arroganti, parvi facientes cetera, & sero perisunt.

QUAESTIO IX.

Quare tam impudenter loquitur Festus de Iesu sanctissimo veluti de uno defuncto.

Festus diabolica malitia plenus loquitur de quodam Iesu defuncto, quia ipsum contemnebat, nolens eum scire, & audire, & ideo in grandem iram incidit; & sibi mortem crudelissimam negotiavit; ut accidit eis, qui verba contemnant audire.

Ait Zacharias Propheta 5. n. 2. Video volumen volans, ex Graeco D. Chryso. homil. 15. & 19. ad populum, Theod. D. Cyril. & Graeci ibi legunt, fal- dem, ac si dicat Propheta; video falce, ut volans, & quae est connexio inter librum, & falcem; explicat Propheta statim n. 3. Haec est maledictio: qui enim volumen legis Dei nec legit, nec audit, habet pro maledictione falcem Divinae irae ad interitum D. Gregor. lib. 15. Moralium cap. 8. ait, Quia haec sacra eloquia ad aeternam damnationem sunt illi, qui ea vel scire nolunt, vel sciendo contemnant, recte de libro illo dicitur, haec est maledictio.

Hanc grandem poenam minatur Moysi Sacerdoti, dum extremam partem auriculae ejus, extremamque manum, & pollicem sanguine respersit, Levit. 8. n. 23. tumens Moyses de sanguine ejus, scilicet licet vittima, tetigit extremam auriculam dexteram Aaron, & pollicem manus dexteram. Cur sanguis in auricula, & manu i manu opus auricula signatur au cultatio. Oleast ibidem ait, De intelligat Pontifex se sanguinis. anas daturum, si in manu, aut non audiret, & opere non com lo. et.

Act. 25. n. 23. Altera autem die cum venisset Agrippa cum multa ambitione, & introisset in auditorium eum Tribuni, & viris principibus Civitatis, jubente Festo adductus est Paulus.

58. Vers. 25. Cum ambitione multa Syriac. Cum multo festu. Cum Rege Agrippa introierunt in auditorium, ubi partium caulae audiebantur, multis magnis viris astantibus, adducitur Paulus ex custodia. Vers. 24. Et Festus primus ait, Hic est ille, quod cum ego essem Jerusalem, multitudo Iudaeorum clamavit oportere hunc virum non vivere, ut multitudinem clamoris obtinerent, quod meritis non poterant impetrare.

59. Vers. 25. Ego vero comperi, quamvis Festus esset maxime inclinatus in gratiam, & favorem Judaeorum, tamen fatetur nil criminis in eo invenisse ac proinde, appellante Paulo, ad Augustum determinat mittere. 60. Vers. 26